

160.

Chur, 1399 September 4.

Matrone Dominica Vaduzza, Hinterlassene des Johannes Vaduz, schenkt dem Kloster Pfävers vor dem Richter der Kirche zu Chur Güter am obern und untern Tor und bei St. Salvator zu Chur.

JN<sup>1</sup> nomine domini Amen Judex ecclesie Curiensis Vniuersis presencium inspectoribus Salutem in domino et noticiam subscriptorum, Nouerint cuncti, quos nosce fuerit oportunum, Quod / sub annis domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo Nono, die quarta mensis Septembbris hora primae uel quasi diei eiusdem Constituta coram nobis personaliter publice / in figura judicij, discreta matrona Maeniga<sup>2</sup> Vaduzza, relecta olim Johannis Vadutz, legitimo suo cum curatore videlicet Rudolfo<sup>3</sup> de Canal pro nunc portelano porte / superioris,<sup>4</sup> ciuitatis curiensis, Cogitans sue de anime salute, non vi, non dolo, nec metu quoquomodo circumventa, sed<sup>5</sup> sana corpore et conpos mente, sufficientique deliberacione / vt asseruit prehabita, et precipue post ternum in eadem instancia judicij egressum et regressum judicialem suo cum curatore prememorato, melioribus via, modo, forma / translacionem quibus melius et efficacius fieri potuit, et consuevit, donacione solita, et jure proprietatis inter viuos de expresso consensu sui curatoris prenarrati, quoddam suum / solamen, siue ortum, extra portam superiorem<sup>6</sup> ciuitatis Curiensis situatum, vinee capituli Curiensis uno ex latere, alijs duobus ex lateribus vie publice, per quam ad dictam / itur vineam, quarto vero ex latere vinee hainrici de Santains<sup>6</sup> senioris alias Gerster<sup>7</sup> cognominati, contiguum et confinans, Item vnum pomerium prope ecclesiam sancti salua-/toris situm, uno ex latere pomerio volrici<sup>8</sup> Butzerman, altero ex latere alueo fluviali molendinari<sup>9</sup>, alio ex latere Strate publice qua ad dictum itur fluum / Ac quarto a latere vinee subdicti monasterij fabriensis, nunc per Johannem Maiger in feodium possesse, et vineole honorabilis domini Magistri Helye Knoerr<sup>10</sup> Canonici ecclesie Curiensis contiguum et confinans, Item vnum agrum seu pratum jncultum, extra portam inferiorem<sup>11</sup> ciuitatis Curiensis situatum, duobus ex lateribus bonis monasterij sanctilucij / Tertio ex latere nemori spoezas<sup>10</sup> cognominati, ac